



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 45. Prælium inter Ducas Guisii exercitum & Colinii copias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

§. XLV.

Pugna inter Guisii Ducis, & Colini copias.

Attamen Colinius Maris Præfetus in
 terea cum Principe Porciano, & Co-
 mite Rupifucaldo ad vexilla circiter
 trecentos cataphractos equites Gallos,
 quibus Sclopeta tantum, & gladii su-
 pererant, revocabat, ac secum assun-
 ptis mille germanis, inter quos ad dex-
 tram, ac lævam collocatos medius in-
 cedebat, cum Santandreano, cui se e-
 tiam Guisius Dux conjunxerat, obstina-
 to magis, quam antea certamine dimi-
 cabat, atque in Marescalli equites
 tanto furore irruerat, ut eos abs dubio
 in fugam egisset, nisi Guisius Dux duo
 veteranæ militiae Gallorum millia in a-
 ciem eduxisset penes quemdam locum,
 ubi prohibente equitatu ab Architha-
 lasso conspicere haud poterant: hi ergo
 uno agmine in quadrum disposito ac-
 currunt, ac Architalassi equites a ter-
 go adoriuntur, primaque scloporum ex-
 plosione tot milites, & equos trucidant,
 ut Colinius ab impugnandis Equitibus
 Catholicis desistere coactus illorum or-
 dines dissolvere niteretur, eo fine, ut
 a Gallorum agmine sese expedire
 posset.

§. XLVI.